



Clypeus Theologiæ Thomisticæ

In Tres Partes Divisus, Et Quinque Volvminibvs Comprehensvs
Tractatus de Prædestinatione, de Trinitate, de Angelis, & de homine

Gonet, Jean-Baptiste

Coloniæ Agrippinæ, 1671

§. I. Pars negativa defenditur,

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77146](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77146)

Solido ergo questionis est, an motus localis Angeli proprius dicitur; & constans ex positiva determinatione unius loci, & acquisitione alterius, possit fieri in instanti, per correspondentiam ad non firmum tempus, sive unica operatione Angelii, quia unum tantum instanti nostri temporis coexistat?

Affirmant Scotus, Molina, Suarez, & alij Receniores: negant Thomistae cum praceptorum Angelico h[ic] art. 3. quibus subscriptis Vazquez d[icit] 197. licet ratione D. Thomae non approbet.

§. I.

Pars negativa defenditur.

Dico igitur: Motus Angelii, sive continuus, sive discretus, uno instanti fieri nequit. Ia S. Thomas h[ic] art. 3. in calce corporis articulicidens: *Vnde relinquitur quod motus Angelii sit in tempore; in continuo quidem tempore, si sit motus continuus; non continuo autem, si modus sit non continuus.* Idem docet in 1. dist. 37. quæst. 4. art. 3. & quodlibet 11. art. 4. Probatur primo conclusio, specialiter de motu continuo, ratione a priori. Nullum successivum fieri potest in instanti: Sed motus continuus Angelii successivus est: Ergo in instanti fieri nequit. Major est evidens: nam fieri successivè est fieri paulatim, & parte post partem; fieri vero in instanti, est fieri totum simul. Minor vero probatur primo. Continuum dividitur ab Aristotele impermanens & successivum: Sed motus continuus Angelii non est quid permanens, ut patet: Ergo successivus est. Secundo. Ubi est intrinsecus & posterior, ibi est intrinseca successio: Sed in motu continuo Angelii est intrinsece prius & posterior: Ergo & intrinseca successio. Minor probatur: In spatio ut pertransibili motu continuo, est ordo prioris & posterioris: Ergo & in ipso motu. Hæc consequentia patet: alias enim motus adæquaretur spacio, & non adæquaretur: adæquaretur quidem quia, ut supponimus illi correspondet, & ex eo esset continuus non adæquaretur vero quia non habet ordinem prioris & posterioris, sicut spacio. Aido quod, cum spacio sit permanens, in eo non est ordo illi prioris & posterioris, nisi secundum denominationem extrinsecam a motu in ipsum redundantem: instantum enim in aliquo spacio permanenti intelliguntur partes primæ & posteriores, in quantum secundum aliquid sui est prius motu pertransibile, & posteriorius secundum aliud.

Probatur secundo conclusio, & magis adhuc ostenditur motum continuum Angelii non posse fieri in instanti, ratione quam articulo præcedenti inveniuntur. Angelus motu continuo transiens ex uno loco in alium, tangit omnia loca intermedia: Sed non potest Angelus descendens v.g. a celo in terram, omnia loca intermedia uno instanti contingere; alias simul contingentes plura loca naturali suæ virtuti adæquata, & simul esset in celo, & in aere intermedio; quod disputatione præcedenti ostendimus esse impossibile, & expressè negatur à Damasceno libroz. fidei cap. 3. dicente, Angelum non posse simul esse in celo & in terra: Ergo motus continuus Angelii, non potest fieri in instanti.

Potest hanc ratio illustrari exemplo corporis bicubitalis, quod si unicomo momento columnam cœnum cubitorum pertransiret, simul in pluribus locis ibi adæquatis existeret: Ergo simuliter,

TOM. II.

A si Angelus in una leuca, tanquam in loco ubi adæquato existens, unico instanti spatium centum leucarum motu continuo pertranseat, in pluribus locis adæquatis simul existet.

Hæc duæ rationes probant etiam motum discretum Angelii non posse fieri in instanti, quod sic ostenditur. Successio unius operationis post aliâ, non potest fieri in instanti; implicat enim in instanti esse successionem, alias instantis esset divisible in partem priorem & posteriorem: Sed motus discretus Angelii est successio unius operationis post aliam: Ergo in instanti fieri nequit. Minor probatur: Motus discretus Angelii importat unam operationem, per quam Angelus sit in termino à quo, & aliam per quam sit in termino ad quem: Sed non potest utramque illam operationem importare, ut simul existentem; alias illi duo termini non essent termini à quo, & ad quem, sed haberent rationem unius loci adæquati resultantis ex duobus partialibus: Ergo motus discretus Angelii est successio unius operationis post aliâ. Major patet: Nam omnis motus propriè sumptus debet esse inter duos terminos positivos, per hoc enim differt à simplici mutatione: Ergo motus localis discretus Angelii debet esse inter duo loca in quibus Angelus existat. Atqui (subsumo) Angelus existit in loco per operationem, ut supra vidimus: Ergo motus localis discretus Angelii deberet importare unam operationem, per quam sit in termino à quo, & aliam, per quam sit in termino ad quem.

Præterea, si Angelus uno instanti possit duo corpora motu discreto contingere, possit in unicó instanti in duplice loco sibi adæquato existere: supponimus enim quodlibet corpus successivè contactū ab Angelo, esse locum adæquatum illius.

Dénique probatur conclusio ratione D. I hominæ h[ic] art. 3. quæ potest sub hac forma proponi. Mutationes instantaneæ sunt termini alicujus motus contiuui: Sed motus discretus Angelii non est terminus alicujus motus contiuui: Ergo non est instantaneus. Minor est evidens: Major probatur primo inductione in omnibus mutationibus quæ naturaliter in instanti fiunt: nam generaliter est terminus prævia alterationis, & illius minatio terminus motus localis, quo Sol ad orientem nostrum accedit.

Secundò probatur ratio: Non est possibile quod aliquid toto aliquo tempore quiescat ita aliquo termino, & in instanti terminativo illius temporis sit in alio termino; sicut enim de ratione intrinsecamotus est quod in qua cumq[ue] parte signata, vel in quocumq[ue] indivisibili motu, etiam in illo quod intrinsecè terminat motum, mobile alio modo se habeat quam prius; ita in qua cumq[ue] parte signata, vel in quocumq[ue] indivisibili quietis privativæ (de qua loquitur S. Doctor) quiescens debet eodem modo se habere ac prius, etiam in ultimo indivisibili extrinsecè illam terminantem; qui est enim exigit uniformitatem, sicut motus difformitarum: Atqui si illud quod toto aliquo tempore in aliquo termino quiescit, in instanti terminativo illius temporis esset in alio termino, in tali instanti non eodem modo se haberet ac prius, ut patet; esset siquidem in diverso termino & loco: Ergo implicat quod aliquid toto aliquo tempore quiescat, & quod in instanti terminativo illius temporis sit in alio termino: atque in illo instanti simul quiesceret & non quiesceret, ac se haberet & non haberet eodem modo, ut considerant patebit.

Z 2

Hanc

Hanc rationem directe opponit Sanctus Doctor fundamento contrarie opinantium, allato inicio corporis articuli: ponebant enim motum Angeli esse in instanti, quia ut dicebant, dum moverut ab uno in alium locum, toto tempore praecedenti est in termino a quo, ultimo vero instanti terminativo illius temporis, reperitur in termino ad quem sit in termino a quo, sed primum in quo in illo non sit: sicut in generatione substantiali, & in illuminatione aeris, non datur ultimum instantis in quo materia sit sub privatione forme, & aer sub tenebris, sed solum ultimum tempus.

§. II.

Instantia contra hanc rationem D. Thomae proponuntur & solvuntur.

63. **C**ontra hunc discursum D. Thomae, & speci caliter contra positionem illam cui innittitur: Non est possibile ut aliquid rato tempore precedente quiescat in uno termino, & posse in ultimo instanti illius temporis sit in alio termino: plures ab Adversariis fieri solent instantiae. Primo objiciunt: Toto tempore quo Sacerdos profert verba consecrationis, substantia panis quiescit sub speciebus, & in instanti terminativo sub illis ad est corpus Christi.

Secundo, Aer rato tempore antecedente accessum Solis ad nostrum hemispherium, quiescit sub tenebris, & in ultimo instanti illius temporis illuminatur.

Tertio, Materia prima toto tempore antecedente instanti generationis, quiescit sub forma compositi corrumpendi, & in instanti terminativo illius, est in termino ad quem, scilicet sub forma compositi de novo geniti.

Denique, Angelus quiescit ab intellectione & volitione, toto aliquo tempore, absque eo quod cogatur quiescere in ejus instanti terminativo: Ergo principium illud a D. Thoma assumptum, verum non est.

64. Hac tamen levia sunt, & rationem D. Thoma non infringunt: nam principium illud debet ita intelligi, ut scilicet quod quiescit in aliquo termino per aliquod tempus, non possit in ultimo instanti illius temporis esse in alio termino, per mutationem quae sit ex contrario, aut latitudine sive distantia vincenda; secundum vero per mutationem pura & simplicem, quae est de non esse ad esse; quia ad tollendum non esse, sufficit positio formae; ad tollendum vero contrario, aut vincendam latitudinem sive distantiam, requiritur alia mutatio, & non quies sub illa. Conversio autem panis in corpus Christi, illuminatio aeris, generatio substantialis, & intellectio aut volitio Angeli, non sunt mutationes quae pendeant per se loquendo ex aliquo contrario, latitudine, aut distantia vincendis; sed sunt simplices mutationes ex puro non esse, seu ex pura negatione aut privatione; unde exempla illa ab Adversariis adducta non sunt ad rem.

65. Addo falsum esse, quod materia quiescat simpliciter tototempore alterationis; immo moverut ipso motu alteracione, disponente ad corruptionem. Similiter aer tototempore antecedente motum Solis ad nostrum hemispherium, aliquo modo moverut, mutatione saltem respectivae; quarenus sit continuo minus distans a Sole ex eo quod Sol illi magis ac magis appropinquat per

A motum localem. Ratio attem quare nostrum hemispherium dicitur moveri ad lucem, ex eo quod Sol magis illi appropinquat; corpus vero frigidum non dicitur moveri ad calorem, praece ex eo quod approximet ipsi calidum; et quia per hoc solum moverut aliquid ad aliquum formam, per quod tollitur ab ipso impedimentum talis forma: impedimentum autem in corpore illuminando, non est forma aliqua positiva contraria, in ipso existens (sic) impedimentum calor in corpore frigido, est frigida; sed sola distantia corporis luminosus. Ergo &c.

§. III.

Solvuntur alia objectiones.

Obijciunt insuper Adversarii: Velocitas motus, quo Angelus transit continet de uno extremitate ad alterum, per omnia media, potest procedere sine proportione velocitate mortis, quo corpus pertransire eodem modo idem spatiu sed hic excessus non posset esse, nisi motus localis Angelii posset fieri in instanti; nia inter quibus duo tempora finita est aliqua proportio: Ergo motus Angelii continuus in instanti fieri potest.

Respondeo, concepsa Majori, negando Minorē: Licet enim velocitas mortis concinna

CAngeli, non sic excedat in proportione velocitatem mortis corporis, ut duratio eius sit invisibilis instantis; illam tamen sic excedit, ut possit fieri in minori & minori duratione (divisum tamen) quam motus quorumcumque corporis. Unde Caproclus in 2. dist. 6. quæll. 1. art. 3. ad 3. contra 2. Angelus minoris virtutis eque citi posse transire quantumcumque spatium, sicut Angelus majoris virtutis; & hoc si anno mox aequaliter mundus, nou transiendo per medium: & idem est anno transient per medium motu continuo. Verantamen neuer potest pertransire in instanti quantumcumque spatium, nec motu continuo, nec diuerso, & hoc si que transiendo per medium, neque transiendo per medio: Sed tamen in quantumcumque parvo tempore velit, potest pertransire, nec est dare minimum tempus in quo posse pertransire: nec maximam velocitatem sibi posibilem in movendo se: & consequenter non potest movere se ipsum summam velocitatem sibi posibilem.

Dices, Ex hoc sequi virtutem morivam Angelii esse infinitam: Sed hoc non est dicendum. Ergo nec illud. Sequela probatur: Potentia qua potest astringere perfectiore & perfectiore effectum in infinitum, est simpliciter infinita nam ex eo colligitur lumen gloriae non posse esse principium videndi Deum, perfectior & perfectior modo in infinitum, quia est finitus perfectio; & contra vero ex eodem principio infiniti runt Theologi, Deum esse infinita virtus, quia potest perfectiore effectum in infinitum producere: Atquisi virtus Angelii possit movere in minori & minori tempore in infinitum, potest astringere perfectiore & perfectiore effectum in infinitum: Ergo erit infinita.

Respondeo primò, quod si haec instantia valeret, magis urget contra Adversarios si coligeretur vim motivam Angelii esse infinitam, leve posse producere perfectiore & perfectiore effectum in infinitum, quia posset in minori & minori tempore mouere in infinitum, multo magis id sequeretur, si posset movere in instanti: si enim requiritur major & major virtus ad mouendum in minori & minori tempore, requiretur